

## Alte Drucke

### **Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...**

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

De usucapione pro donato. Rubrica.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738**



## LEX V.

**I**partem. <sup>†</sup>Malafidei possessor \* nunquā prae-  
scribit, sed bonafidei sic licet eius au-  
ctor fuerit malafidei, nisi res sic affecta vitio reali. h. d.  
<sup>†</sup>Et sic no. q. vitium personale, ut est malafides, aucto-  
ris, non nocet singulari successori hoc iure ut hic. & l. j. de prae-  
scri. xxx. an. quod tñ hodie corrigitur ut in authē. malafidei. ibi  
posita. sed vniuersali successori qui est successor vitiōis & cul-  
pae, bene nocet. ut etiā ex sua persona licet sit bonafidei, nō pos-  
sit usufructu inchoare. ut l. cū hares. ff. de diuer. & temp. prae-  
scri. quod tñ Dy. limitat ut sit verū de iure ciuili. secus dicit esse  
de iure cano. scilicet quod haredi volēti inchoare ex sua perso-  
na nō nocet malafides defuncti. ut no. per ipsum in c. ij. de regu-  
iur. lib. vj. & quod no. in d. l. cū hares. quod videt satis nouum &  
extraneum: quia plus nocet malafides de iure canonico, quā de  
iure ciuili. vnde si de iure ciuili. nocet haredi: quantomagis videt  
nocere de iure cano. <sup>†</sup>Vitium autē reale bene nocet cuiuslibet succe-  
ssori quousq; sit purgatum. & quae sunt vitia realia. dicit ut in l. vitia.  
j. de acqui. pos. Et no. in prin. iuncta rubrica q. appellatione usufructu  
capiōis comprehenditur praescriptio longi temporis: quia hic  
loquitur in re immobili. quae non praescribitur nisi longo tempo-  
re. ut dixi super rubrica.

<sup>†</sup> Hypothecaria durat xxx. ann. & quid si possessor habeat titulum & bonam fidem?  
<sup>†</sup> Non dominus an possit rem alienam obligare?  
<sup>†</sup> Ad purgandum vitium furtiuitatis quid requiratur?

## LEX VI.

**V**m sit. <sup>†</sup>Qui rem suam quam alteri obligauit al-  
teri vendidit, committit furtum respectu  
creditoris. & efficitur res furtiua, ut non possit usufructu  
aduersus creditorem hypothecaria habentē. h. d. <sup>†</sup>Pre-  
mitte quod hypothecaria durat xxx. ann. vel xl. ut l. cū notissim-  
i. j. de praescri. xxx. an. nisi possessor habeat titulum & bonā fi-  
dem: quia tunc non durat nisi longo tempore quo praescribit contra  
hypothecaria: ut s. si aduer. cre. l. j. & hoc verū, nisi res fuerit effe-  
cta furtiua respectu creditoris, ut in hac l. vnde si rem tuā mobi-  
lem mihi obligasti: & sic habeo hypothecaria, & eam alteri ven-  
didisti, contra quē possum eam intētare: quia commisi furtū eā  
contrectādo praeter voluntatē meā: quia nō consensu quod ven-  
dere. poterat em potius interesse mea agere contra te quā contra  
emptorē: ille emptor nō usufructu triēnio: sed nec praescribit lon-  
go tempore, quo minus hypothecaria intētare possim. Op. quod li-  
cet dñs qui obligauit alteri vendendo commiserit furtū, & ppter  
hoc teneatur actione furti ad poenā. tamē res non efficit furtiua  
postquā erat sua: nec efficitur inusufructuabilis. ut in l. cū aēs. §. j. ff.  
de fur. & l. sequit. §. si rem. ff. de usufructu. propter hoc gloss. si. soluit q.  
hic iste obligans non erat dñs: quia si fuisset dñs, haberent locū  
leges contrariae. <sup>†</sup>Sed tñ contra si nō erat dñs, nō potuit mihi ob-  
ligare. ut in l. aliena. ff. de pign. ac. propter hoc gloss. j. dicit q. hic  
obligauit de facto. Vel dic quod de iure: quia obligauit de domi-  
ni voluntate. Breuiter hoc est diuinare: ideo intellige quod erat  
dominus. Ad contrarium responde. quod quando dominus sur-  
ripuit rem suam ab eo qui habebat ius in ea res nō efficitur fur-  
tiua, nec inusufructuabilis respectu domini: & sic bene posset usufructu  
capi contra dominum, sed bene efficitur furtiua respectu iuris  
quod ipse dominus non habebat: sed alius cui surripuit. ut in ca-  
su huius legis. quantum ad hoc ut contra illum & contra ius suū  
non possit usufructu vel praescribi: ut hic. & hanc tenet Bartolus.  
Sed contra quod imō possit. ut l. fina. ff. pro so. Solu. gloss. fina. in  
prin. fatetur si vitium fuisset purgatum: ut quia res fuisset res  
uerfa in potestatem illius cui fuit surrepta: ut in contrario. ff. pro  
so. l. fina. Sed contra. quod ad purgandum vitium furtiuitatis  
non sufficiat rem rediisse ad ipsum creditorem cui fuit surrepta:  
sed debeat rediisse ad dominum, & sic ad debitorem. ut ff. de  
usufructu. l. sequitur. §. quod autem. Sol. illa glo. fin. soluit quod ibi lo-  
quitur quando fuisset surrepta creditori non per dominum, sed  
per extraneum. hic verō quando per dominum. Vltimō gloss. j.  
dicit in prin. istam legem debere intelligi quando debitor obliga-  
uit & tradidit aliās non diceretur furtum commissum. Tu dic  
etiā si nō tradidit: quia sufficit quod obligauerit: & quod post-  
ea contra voluntatem creditoris alienauerit: ut in l. in actione. §.  
fina. ff. de furtis.

## LEX VII.

**C**iens. <sup>†</sup>Vendens rem alie-  
nam scienter committit  
furtum, & res efficit furtiua.  
ideo per emptorem etiam bonae  
fidei non potest usufructu: quia est affecta vi-  
tio reali, si vitium non erat purgatum: quia  
non fuerat reuerfa in potestatem dñi. h. d.

## LEX VIII.

**X** causa. <sup>†</sup>Transactio est  
sufficiens causa ad  
usufructuendum. h. d. Et intellige. si  
re tradita ex causa transactionis. quia  
si tradens erat dñs, transfert dominium: quia  
tradit rem ut suā. & est sua: & sic potuit &  
voluit transferre: sed si non tradidisset, sed

ex causa transactionis dimisisset penes aduersariū. Puta petebā  
a te rem quandā tanquā meā, cū forte nō esset, venimus ad trans-  
actionē, & dedisti mihi x. & ego destitui a lite, & dimisi tibi eā: cer-  
tē non usufructu contra verū dñm. ut patet in l. si pro fundo. & l.  
siue apud acta. §. de transact. quia si essem dñs, nō trāstulisset in  
te dominium sic dimittendo penes te: quia nō est intētio mea alie-  
quod ius in te transferre: sed solū a lite recedere. ergo si non sum  
dñs, nō trāstero usufructu cōditionē: quia ista transeunt ad pa-  
ria. ut l. clauibus. ff. de contr. emp. ita tenet gloss. secundū quosdam.  
Io. tenet contra. q. etiā in re dimissa ex causa transactionis pōt proce-  
dere ista l. quod licet nō transferat dominium si dimittens erat do-  
minus, transfertur tñ usufructu cōditio. quia regula in l. clauis-  
bus. nō semper vendicat sibi locū. Doct. cōter tenent primā opi-  
nionē. Vel distingue q. aut tempore quo dimittit res erat praesens,  
& tunc censet tradita: & sic trāseat dominium si dimittens erat dñs:  
& si non erat, usufructu cōditio. arg. l. haec si res. ff. de rei vend.  
Aut non erat praesens: & tunc procedat opin. Io. secundū Salic. q.  
satis dici pōt. dum tñ dimittens dimittat eā ut suā. nō illius cui di-  
mittit: quia tunc erraret in causa. & nō trāstret dominium: quia si  
rem meā tibi trado ut tuā, nō trāstero dominium. ut l. iij. §. subti-  
lius ff. de condi. cau. data. & causa nō secu. & vide Barto. in l. j. ff.  
pro emp. ubi examinat intellectum huius legis.

<sup>†</sup> Pupillus ratione sui privilegij non potest rem deducere ad iniquum compendium, &  
lucrari cum aliena iactura: sufficit quod conseruetur indēnis: absque eo quod de-  
beat lucrari.

## LEX IX.

**V**m qui. <sup>†</sup>Pupillus rem suā sine tutore distra-  
hens nō transfert dominium, nec usufructu  
capiendi cōditionē, sed si eam vendicat, repellitur. nisi  
restituatur pretiū quo factus est locupletior. h. d. Et vide  
hic gloss. in l. iij. §. de autho. tut. ubi distinguit plenius qñ emi quis  
a pupillo sine tutoris autoritate. q. aut sciebat ipsum esse pupil-  
lum, & locū habet q. hic dicitur. Aut ignorabat, & tunc aut erat  
res ipsius pupilli. & idem. Aut alterius, & queritur an transferat  
usufructu cōditionē: & tūc aut erat res mobilis, & non habet  
locū quod hic dicit: quia trāstret usufructu cōditionem. Aut  
immobilis: & tūc secus hodie per l. lex quae tutores. §. de admini-  
tuto. videtur idē in rebus mobilibus quae seruando seruari pos-  
sunt. <sup>†</sup>Et no. hic quod pupillus ratione sui privilegij non pōt re-  
deducere ad iniquū cōpendium, & lucrari cū aliena iactura: sed  
sufficit q. conseruetur indēnis absq. eo q. debeat lucrari. ut l. si  
minoris actum. ff. de admini. tuto.

De usufructu pro donato.

Rubrica.

## LEX I.

**S**iu fuerit. <sup>†</sup>Titulus donatiōis est sufficiens  
ad usufructuendum & praescribē-  
dum: sicut ad transferendum dominium. h. d. l. j.  
nisi donans rem mobilem alienam, (ciat eam alie-  
nam: quia tunc committit furtum, & efficitur fur-  
tiua res, & usufructuabilis. h. d. l. ij.)

<sup>†</sup> Si pater donauit filio quem habebat in potestate rem alienam, an ista donatio sit suf-  
ficiens ad transferendum usufructu cōditionem?  
<sup>†</sup> Quis si uir donauit uxori rem alienam?



# Pauli de Castro Secunda super Codice.

## LEX III.

**Donatio per mortem.** Adde q. donatio quae confirmatur morte est quasi legata. gl. & Cy. in l. filius. C. de heret. Bar. in l. filius. C. de condi. ob cau. & in l. donationes. C. de dona. inter virum & uxorem.



**Ritum.** Donatio perfecta non potest retractari. & donatio putativa non transfert dominium, nec usufructum di conditione. h. d. Et pone casum q. tu credens rem meam tibi fore donatam, cum non esset verum, eam tenuisti & possedisti per triennium. cum autem eam a te vendicarem,

opposuisti quod non poteris reuocare propter donationem iam factam. & posito q. non facta esset, non possum vendicare rem usufructam: quia cum esset res mobilis, & ea possederis per triennium, usufructuisti: queritur quid iuris. Imperator respondit q. ex neutro capite te defendere potes. Ex primo non, quia verum est quod donatio verè facta & perfecta non potest reuocari: sed hic non erat facta nec potest probari quod facta fuerit. Item nec ex secundo potes te defendere: quia verum est quod donatio verè facta est titulus habilis ad usufructum, si donans non erat dominus sed alius: sed in casu isto non fuit verè facta. licet errore falsae causae putaretur facta. & ista falsa opinio non sufficit ad usufructum. Opponitur contra primum dictum. q. imò possit retractari donatio rite facta. vt j. de reuo. dona. per totum. Sol. regulariter non potest retractari, vt hic: sed aliquando fallit propter ingratitudinem, & ex quibusdā alijs causis. vt in contrario. Item oppo. in fi. gloss. mag. q. donatio putativa sufficit ad usufructum: quia non solum verus titulus sufficit, imò & putatiuus. vt l. non solum. §. qd vulgo. & l. Celsus. ff. de usufructu. & l. fin. pro suo. Quidā dixerunt quod illud non est verum in tit. donationis. sed in alijs tit. per istum tex. & per l. j. ff. e. quod gl. ibi reprobant. Ideo dic quod titulus putatiuus sufficit quando subesset iustus error in facto consistens: vt si putabas rem meam tibi donatam à Titio: quia constabat per instrumentum falsum: in quo continebatur quod fuerat donata patri tuo, vel procuratori tuo recipienti nomine tuo: nā iuste potuisti credere q. illud instrumentum esset verum: sed si non subest iustus error, sed temerarius, vel esset error iuris: tunc habet locum quod hic dicitur. quod non sufficit putatiuus: sed requiratur verus: & hoc vult gl. ista magna. in prin. Item oppo. in fi. glo. quod si alius sibi donauit rem meam, licet esset titulus verus, tamen non pariat usufructuendi conditionem. quia videtur non valere. quia l. dicit quod non dicitur donari nisi illud quod sit donatarij. nā dicitur donatio, doni datio. id est dominij translatio. vt ff. de donat. l. in ædibus. §. si. sed ille non transfuit dominium rei meae. ergo non est donatio. & sic deficit titulus qui est necessarius ad usufructum. Glo. soluit q. non est donatio: nisi cum transfertur dominium super: vel transferri potest. quia donans debet habere animum transferendi. & tunc siue transferat siue non, dicitur donatio: sed si non habet hunc animum, secus. Vera ergo donatio etiam rei alienae cum animo transferendi dominium valet. & transfert usufructuendi conditionem: licet non dominium. ¶ Nunc gl. querit de duabus questionibus. prima si pater donauit filio quem habebat in potestate rem alienam. vtrum ista donatio sit sufficiens ad transferendum usufructuendi conditionem: dubium facit: quia est vera donatio, non putatiua: & sic videtur sufficere. In contrarium. quia licet videatur verè facta, tamē est inualida: quia pater non potest donare filiae in potestate: quia quicquid filius acquirerebat, accrebat patri. talis donatio si valeret, esset frustratoria: quia transfert dominium in filium sibi tradendo. & eodem instanti dominium idem rediret ad patrem donatorem. & sic momento esset penes donatarium: sed de momento possessione lex non curat. vt in l. si. in pe. col. s. de bo. qua. lib. Est tamen verum q. si pater tradidit, & postea mortuus est non reuocata donatione, confirmatur donatio per mortem. l. ij. cum ibi no. s. de inoffi. don. & l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxor. Breuiter gl. dicit quod talis donatio facta à patre filio in potestate cum sit nulla, licet verè facta fuerit, non praestat usufructuendi conditionem. nec viuente patre, nec mortuo. vt ff. e. l. j. §. j. nisi heredes patris (si forte ipse filius non est heres) ratam eam habeant, quia tunc censetur noua donatio. & usufructuatur. Sed si heredes ratam non habeant, licet donatarius non usufructuatur ex tit. donationis: quia tamē morte patris fuit tacite confirmata, usufructuatur tit. pro legato. quia confirmatio habet vim legati. vt in d. l. donationes. Cy. verò dicit q. imò per mortem patris non confirmatur in praedictum dominium quando pater donauit rem alienam. nam iura quae dicunt

morte patris confirmari. debet intelligi quando pater donauit rem propriam. quo casu non valuit: nec dominium transfuit. sed locum mortis reuocalescit. non ex donatione: nec retrahitur quo ad dominium: sed reuocalescit iure legati, vel vltimae voluntatis. Bar. in d. l. j. dicit q. reuocalescit. tamē non praestat usufructuendi conditionem. hoc est idem dicere. Tene ergo dictū Cy. q. est notandum. & limitat multas leges. Praedicta vera filius erat in potestate, nec postea fuit emancipatus in vita patris: sed si erat emancipatus tempore donationis, valuit donatio de re aliena. & praestat usufructuendi conditionem. Idem si tunc erat in potestate, & postea emancipatus. vt l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de dona. verò erat in potestate, nec fuit emancipatus, tunc si non fuit vendit. sed datio in peculium, hoc non sufficit ad praestandum usufructuendi conditionem. quia non est tit. habilis ad transferendum dominium. Si verò fuit donatio, tunc si fuit reuocata expresse vel tacite per patrem, puta exharedando filium, tunc non sufficit ad usufructum. nisi heredes patris eam ratam habuerint. & ita intelligitur hic. & tunc usufructuatur ex noua donatione facta per heredes: sed si non fuit reuocata, locum habet q. dicit gl. quod viuente patre transferat usufructuendi conditionem. sed eo mortuo usufructuatur titulo donationis, sed tit. pro legato. secundū gl. Alij verò q. malolo ti. quia non censetur confirmata: vt dixi. vide Bar. in d. l. j. §. de da. questio est. quid iuris si vir donauit uxori rem alienam. hic debet scire q. talis donatio non valuit, si ex ea vir efficiatur prior. vt in ti. de do. inter vi. & vxor. alia valet. & ideo tunc quando valet praestat usufructuendi conditionem. quod dic vt in l. quam gl. alleg.

**De usufructu pro dote.** Rubrica.

Si maritus usufructu titulo dotis: & postea soluat matrimonium. an illa res debet remanere penes eum: vel heredes suos, an restitui uxori suae vel heredi suo.

Quid adhuc si non erat contractum matrimonium, sed sponsalia, & sponsa pro dote rem istam alienam tradat, an usufructuatur pro dote.

## LEX VNICA.



**Res mobiles.** Titulus dotis est habilis ad usufructuendum. si mulier dat in rem alienam bona fide. & sic non est vitio. C. de h. d. ¶ Sed querit si maritus usufructuatur ea soluat matrimonium: an illa res debet remanere penes eum, vel heredes suos: an restitui uxori suae, vel heredi suo. Primū videtur verius: quia maritus acquiritur donatio per usufructum: & istud dominium non debet prodelle reuocanti. Contrarium dic. q. debet restitui mulieri, vel heredi suo: quia dedit causam usufructuendi: & sic censetur dominium habuisse: sed si verè habuisset, deberet ei restitui. vt l. ij. sol. ma. ergo s. n. ¶ Item queritur. quid si adhuc non erat contractum matrimonium, sed sponsalia: & sponsa pro dote futura rem istam alienam tradat. Respondetur q. quousque matrimonium non sit contractum non usufructuatur titulo pro dote: quia non est dos ante matrimonium. sed usufructuatur tit. pro suo. si constat q. voluit dominium suum transferre. Idem si est dubium. quia praesumitur ita voluisse. vt l. dote fructus. §. si. & l. seq. ff. de iure do. & est casus in l. j. §. j. ff. eo. Sed si apparet q. noluit transferre, tunc neutro tit. usufructuatur. siue de iure aestimata. siue in aestimata. Videbatur tamē contrarium si aestimata tali aestimatione quae facit emptionem: quia videtur emptio. licet non esset dos non contracto matrimonio, bene tamen videtur emptio. Sed contrarium est. quia talis venditio suspenditur usque in diem matrimonij contracti. vt l. ij. ff. eodem. & sic ante ipsum contractum non est dos: neque venditio, nec datio. id est dominij translatio: & sic deficit tit. sine quo non procedat usufructus. & secundum hoc intelligo gl. quae est hic.

## De usufructu pro herede.

Quia contingit interdum q. quis nullum habet tit. specialem, sed succedit cuidam vniuersaliter qui detinebat rem alienam, & ea non usufructuatur: quia non habebat tit. Dubitatur an iste qui succedit possit usufructuare, quasi habebat tit. hereditarium. Et breuiter in isto tit. dicitur q. sic. nam adeundo hereditatem efficitur dominus istius rei, si esset defunctus: etiam possessione non apprehensa. Idem.